

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, visible on the right edge of the page. The text is partially obscured by the binding and includes words such as "Liber", "folio", and "capitulum".

tractatus in omni libro

Tractatus q̄ continentur in isto libro

- ¶ Sermo b̄ti Augustini epi sup oronem d̄nicam
- ¶ q̄te Expositio eiusdem super Symbolum fidei
- ¶ q̄te alia expositio super Symbolum fidei
- ¶ Ite sermo b̄ti Augustini epi de ebrietate caruenda
- ¶ Ite Soliloquium b̄ti Augustini epi
- ¶ Tractatus s̄ns Thomae an licet vii iudicij astrorum
- ¶ q̄te sermo b̄ti Augustini epi de resurrectione futuā mortuorum
- ¶ Ite sermo de resurrectione sc̄d̄dy. eiusd̄ Augustini
- ¶ Ite Rubricae sup titulos & instructiones seu directiones
- ¶ Simplicii confessorum
- ¶ Prologus sup tractatum de instructione seu directione
- ¶ Simplicii confessoris editum apud Antigoniam
- ¶ Antiquo episcopo florentino
- ¶ Ite sermo b̄ti Ioh̄is Crisostomi epi de penitentia

*[Faint handwritten notes and scribbles, possibly including the name 'Simplicius']*

N. 3.

Yerult. 207\*

211\*

209

123

16 P. Eccl. 41

137i 243 oi

<sup>in dyusseldorp</sup>  
Liber firmi scilicet Crucis que dedit eis Henricus dñs Ludowicus de  
Polonia ut fieret diligent' deo orat' p' salute eiq

Incipit sermo beati Augustini  
epi sup oronem dñicam.

verba

**O** vomiam dño gubernate iam estis  
in via regia cōstitutū. et prope est di  
es quo ad celestis regis veluti cōfi  
storū veniatis. moneo vos carissi  
mi. ut precē legitimā p̄ri et deo offerendā ante  
discatis. **N**ā quia fastidiosa mens hominū et  
ignara celestiu. nec inuenire poterat. quē ad  
modū deū digne p̄cetur. ip̄e vero dñs et mgē  
noster oñdit et docuit p se qdē scōs apostolos  
p illos autē nos. quō debeat' orare. **S**ic inqui  
ens orabit. **P**ater n̄r qui es i celis. sc̄ificetur  
nomē tuū. adueniat regnū tuū. fiat volūtas  
tua sic in celo et in terra ac. **O** vere celestis oō  
que tota est oō. **N**am singula verba si prout  
fūt lacius tractare voluerim'. dies anteq ser  
mo deficiet. attē breuiter pcurram'. **D**icimus  
**P**ater n̄r qui es in celis. **S**ic incipiendo. boni  
tatē dei et grām ptestamur. **N**am qñ nos ter  
restres et miseri imbecilles et inutiles serui au  
derem' vultū leuātes. dicē. pater noster n̄ ip̄e  
p suū nobis vngemū. hanc fiduciā pstitisset  
sicut scriptū est. **Q**uotquot eū receperūt. dedit  
eis p̄tatem filios dei fieri hīs qui credunt in  
noie eius. **A**cepta igit' p̄tate vocamus deum



patrē. quia per fidē spiritū adoptōnis accepi-  
mus. ut nos factos dei filios gratulemur. De  
inde dicimus. **S**anctificetur nomen tuū. **H**oc  
actio gratiarū est. veluti si dicatur. **S**anctum  
sit et benedictū nomen tuum. **D**ecet enim gra-  
cias agere. qui gratiam meruerunt. **A**dueni  
at regnū tuum. **N**on utiq; ut incipiat ille re-  
gnare. cuius regnū est regnum omnīū seculo-  
rum. sed hoc optamus. ut finem faciat nris  
malis. et veniens de celo nos assumat in re-  
gnum. **H**oc enim dicto amonemur. vbi vitaz  
nostram ⁊ substantiā et regnū sperare de-  
temus. **S**imilit̄ dicimus. **F**iat voluntas tua. si-  
cut in celo et in terra. **Q**uis enim obstat deo  
quomin⁹ fiat voluntas eius vbiq;. **S**ed hoc  
oramus ut sicut in celo fit volūtas dei. vbi nul-  
lus offendit. ita virtutem nostris animis tri-  
buat. ut eius volūtatē nos qui sumus in ter-  
ra facē et implere possim⁹. v̄l certe cum dici⁹  
**F**iat voluntas tua. docemur ad dei semp non  
ad nostrā respicē volūtatē. quā in nostra  
volūtatē aliquociēs cōtrā sūt. in dñi autē vo-  
lūtatē vita est semp ⁊ veritas. **C**onsequenē iā.  
post celestia. etiā terrestria postulam⁹. s̄ tamē  
necario. **N**am dici⁹. **P**anē nostrū cotidianū  
da nobis hodie. **O** sapia vera ⁊ dīma puidētia  
docuit ⁊ panem solum petere. et hodie noiare



**H**oc enī dicto. et auaritia cū auaricia tollitur  
et huāne vite insinuat incertū. s̄m̄ illud. **N**oli  
te sollicitū esse in crastinū. vere enī incōueniēs  
cēt eū in multos ānos et tpa vel certe in aliū  
diē necāria postulare. cui forte sub nocte esset  
vita finiēda. **S**ic enī et ille auarissim⁹ diues  
q̄ restructis horreis et repletis dixerat ad aiaz  
suam. **D**ates multa bona in ānos plurimos.  
epulaē ac. audiuit a dño. stulte. hac nocte re  
petēt aiam tuā. **Q**ue prepaisti. cuius erūt. **C**ō  
petent ergo oram⁹. panem nostrū cotidianū  
**h**odie dari nobis. q̄ crastinus dies q̄quid  
pariat ignoram⁹. **D**icam⁹ deinde. dimitte nob̄  
debita nra. **D**ebita fr̄s. pccā intelligūtur. **N**ā  
debitū cōhicitur. quotiēs delinquit. **Q**uod de  
bitū q̄nq; in gehenna solū necē est. **E**t q̄ hu  
mane fragilitati nō dest. vñ delinquat. ideo  
petim⁹ ut debita nostra nobis dū sum⁹ in cor  
pore dimittātur. ne vsq; ad nouissimū q̄dran  
tē defudem⁹. **B**ene aut̄ adiūgitur. dimitte no  
bis debita nostra sic et nos dimittam⁹ debito  
rib; nostris. **V**ides carissime. q̄ntum nos cot  
tidie dīmus sermo p̄strigat. **D**imitte ergo ut  
dimittatur tibi. **D**ates aliquē debitorē quā in  
te peccauit. q̄ forte iniuriā tibi fec̄. dimitte illi  
rogantī indulge poscentī. parce penitētī ne dū  
denegas pietatē fr̄i. tibi claudas indulgētā

p̄is. Jam vero vtilissimo fine oratio sacra cō  
pletur orando cōn̄ temptacōem ⁊ malū. **Dicitur**  
enim . ne inducas nos in temptacōem . sed li  
bera nos a malo. **Inducit** deus in temptacōes  
hominem cum temptari permittit. **Temptat**  
autem . non quasi mentiū nescius humanarū  
sed ut suos fideles faciat in seculo maifestos  
sicut scriptum est. **Vasa** figuli probat fornax  
homines autem iustos temptatio tribulatio  
nis . **Sic** Abraham temptauit in filio . et ho  
norauit. **Sic** iob dando in temptacōes varias  
probauit. **Sic** sanctos aplōs . sic beatissimos  
martires per ignē quoq; ⁊ gladios coronauit  
**Ex** quo apparet . a deo temptacōes hmōi puei  
re ⁊ diabolū nihil sine pmissioē valere. **Ergo**  
deus solus adorandus est . qui pōt educere de  
temptacōne . **Educit** vero cum liberat a malo  
**A** malo autē liberat . quando supra id quod  
possumus . non nos permittit temptari . **Da**  
betis fratres ostensum . ⁊ quem debeatis orare  
et cui gratias agere . et cuius cupere regnum  
vel expectare voluntatē . deinde cōn̄ temptacō  
nes ⁊ malū cuius sit auxilium prestolandum  
**Ecce** in paucis omnia . et in breuitate cōpleta  
**Quia** ergo non difficile discitur p̄mmo facile  
retinetur . omnes hortamur viros q̄ feminas  
discite retinere . ut cum fueritis grām dñi quā

cupitis osecuti. in omnes sanctos in hanc precem  
ore consono proferre possitis. et corde mundo diligere  
ut Christus sedens ad dexteram patris. in ore vestro sua  
verba videns. et in corde vestro sua precepta. et hic  
vos custodiat. et in futuro dignos efficiat. ipsi  
gloria in secula seculorum Amen.

**¶** Explicit sermo beati Augustini de oratione dominica  
Incipit expositio eiusdem super Symbolum.

**Q**ues vos fratres ut nobis reseratis  
expositio; symboli attentius audiat  
quod hec trina virtus symboli est. sacra  
menti doctrina. illuminatio anime. plenitudo  
credendi. In eo si quod docet a deo. et unitas est tri  
nitatis distincta et trinitas personarum. et opulen  
tia creatoris. et redemptio passionis. Hoc nexum  
infidelitatis absoluit. hoc vite ianua pandit  
hoc gloria confessionis ostenditur. Symbolum dilectis  
simum frater. breue est verbis. sed magnum est sacra  
menti. paruum ostendens immensam latitudinem  
sed totum continens compendio breuitatis. Friguis  
ut memoriam non obruat sed diffusis intelligentiam  
supercedat. confirmans omnes perfectiones credendi  
desideria confitendi. fiduciam resurgendi. Digne  
ergo et attentiores et frequentiores. et pro ratione temporis  
ipsius puriores ad audiendum symbolum conuertitis  
Quicquid ei prefiguratum est in patriarchis. quic  
quod denunciatum est in scripturis. quicquid predicatum

est in prophetis. vel de deo ingenito. vel ex deo in  
deum nato. vel de spiritu sancto. quibus latentem ostensum  
sit vel de suscipiendi huius sacramenti. Et de mor-  
te domini et resurrectionis misterio. hoc totum breuiter  
iuxta oraculum prophetium. symbolum in se continet  
confitendo tenendo. Ergo fratres carissimi consolatio  
fidei. et gratia professionis misterio memorie comen-  
datione. iam ad ipsius symboli perfectionis sacramen-  
tum textumque veniamus quod in hunc modum inci-  
pit. **C**redo in deum patrem omnipotentem aeternum. **N**os  
se debemus et nouimus fratres carissimi. quod ad veram  
nemo potest recte beatitudinem peruenire nisi per fidem  
**B**eatus autem non potest esse nisi credendo bene vixerit  
bene viuendo. fidem rectam custodierit. quam qui cre-  
dit. merito inuocat et querit. **I**n corde deus re-  
spicit fidem. ubi non se possunt homines excusare quam  
ore simulant veritatis professionem. et corde reten-  
tant impietatis errorem. **S**icut enim nihil profi-  
cit fides que ore retinet et corde non creditur  
ita nichil pro futura est fides que corde tene-  
tur. si ore non profertur. **V**nde dicit **A**pulus  
corde credere ad iusticiam. ore autem eandem  
fidem confessione ad salutem proferre. **Q**uia  
fides sine operibus. otiosa et mortua est. tamen  
sine fide nemo potest placere deo. **I**deo autem  
credamus in deum patrem omnipotentem crea-  
torem omnium que sunt visibilium et invisibilium

**I**p̄e est deus p̄r. ip̄e est verus deus. **Q**m̄ verū eū  
dicim⁹ agnoscam⁹ eum naturalit̄ filiū deū ge  
nuisse. **I**n quo aut̄ de⁹ deū genuit equalē sibi  
sine incio p̄ oīa genuit. nō minozē. neq; in vl  
lo dissimilē. **P**roinde desideratissimi credentes  
i deū patrē oipotentē. oīm creatorē. **C**redam⁹  
**E**t in ihesū xpm̄ filiū eius vnicū dñm nostrū  
**I**p̄e est enī vngem⁹ deus non dīma potentia  
creatus. s; solus de p̄ris s̄ba natus cui vna eter  
nitas. vna dīmitas. vna ⁊ coequal per oīa vir  
tus ⁊ pt̄as per ip̄m nos deus p̄ mirabilē cre  
auit. p̄ ip̄m nos de morte misericordit̄ liberauit  
**Q**ui cōceptus est de spū scō. natus ex maria  
virgine. **Q**ui de deo p̄re natus est deus añ oīa  
t̄pa. ip̄e in t̄pe ex maria virgine natus ē homo  
ut idē vnus deus verus eēt ⁊ homo. **Q**ui cū in  
natura dei deus eēt equal per oīa p̄ri idē homo  
fieri voluit. ut nos facēt filios dei. ut quod ip̄e  
erat p̄ naturā. essem⁹ per grām. **P**assus s̄  
p̄ocio pilato. crucifixus mortu⁹ ⁊ sepult⁹. **E**cce  
quāta p̄ nobis p̄tulit vngem⁹ deus cui paz  
fuit. ut p̄ salute nrā nasceret. nisi insup pate  
retur in cruce. **A**udite fr̄es quis p̄ quib; tāta  
sustinuit. **X**p̄us vnicus dei filius secundum car  
nis veritatē quā assumpsit a nobis. crucifix⁹  
ab iniquis et impijs iudeis ip̄e mortuus est p̄  
peccatis nostris. ut nos ad vitam reuocaret

eternā. **I**pe omnipotens creator noster ipse dig-  
tus ē fieri redēptor nre. qui nō in auro. nō in ar-  
gēto hōis creaturā. qui oīa creauit ex nihilo  
s; pprio sangne suo redēmit. et p nobis crucis  
tormēta patienter sustinuit. **I**pe nos ab eter-  
na dampnacōe et morte redēmit. ipse p nobis  
mortuus ē et sepultus. ¶ **D**escendit ad infer-  
nū. ut nos misericordia sua eleuaret in celum  
**V**ere misericors et beatus. qui misericorditē visi-  
tauit locū miserie nre. ut nos pduceret ad lo-  
cū bñtudinīs sue. Deinde. ¶ **T**ercia die resur-  
rerit a mortuis. **I**pe p nobis ptulit mortē. ut  
nostrā nobis redderet immortalitatē et vitam  
xpristus mortuus est fm carnem. ut nos car-  
naliter pro ipō mori vel cōcupiscencijs mundi  
non tīmeremus. **R**esurrexit xpristus a mortu-  
is ut nos resurrectionē certissime crederem⁹.  
¶ **A**scendit in celum sedet ad dexteram dei pa-  
tris onūpotentis. ut nos crederemus. si eum  
ex toto corde sequimur bona opacōe. quo ipse  
precessit nos eum sequemur anima et carne.  
quia quo ascendit redemptor. illuc ascende-  
ret redempta familia. si non dēst sequendi  
illuc cristiāni cordis affect⁹. **C**ristus nos sua  
morte reuocauit ad celestem patriam. **E**t nos  
ecōtra remanendo in peccatis. amamus poti-  
us terrene peregrinationis exiliū. **C**ristus

nos proprio sanguine ad eternas diuicias copauit  
nos eorum in eterna indigentia volumus remanere  
**C**ristus sicut ascendit in celum ita inde venturus  
est iudicare viuos et mortuos. **Q**ui uenerat cum  
mansuetudine. ueriet cum magno terrore. **Q**uem  
iudicij sui aduentum diligunt iusti ut accipiant  
regnum. **T**imēt iniusti. ne in ignem mittantur eter  
num. **Q**uapropter dilectissimi priusquam illud iudicium  
ueniat unusquisque neminem opponat eam suam et corri  
gat vitam suam. ut non cum impijs ad penam. sed cum iu  
stis pueniat ad coronam. **C**redentes itaque in deum pa  
trem. et filium eius unicum dominum neminem ihesum christum. **C**re  
da. **¶** Et in spiritum sanctum qui est uerus deus sic pater et  
filius. quia ipse est unus pater et filij spiritus sanctus. **P**ater er  
go et filius et spiritus sanctus sancta trinitas naturaliter  
unus uerus et bonus est deus. **H**ec est una fides  
hec est uera fides per quam iustificamur per quam ab  
omni peccato mundamur. **C**reda ergo. **¶** Sanctam  
ecclesiam catholicam sine qua et ex qua nemo saluatur.  
**I**n qua omnes qui crediderunt et baptizati fuerunt. omni  
peccatorum suorum remissionem consequentur et vitam eternam  
quam in semetipso nobis donauit christus. ut de illa  
nos nullatenus dubitemus saluari. **Q**uapropter di  
lectissimi. bene uiuamus. ut non ad penam. sed ad eternam  
vitam resurgamus. **P**er christum dominum ac redemptorem  
noster. uiuentem et regnantem per omnia secula seculorum  
**¶** Sequitur alia expositio super **S**ymbolum.

**O**portz attendē frēs carissimī quanta  
dei pietas sit erga hūanū gen<sup>9</sup>. **Q**uē  
deus creator a creator angeloz a hoīm  
oīs creatūē visibilē a invisibilis p̄m se voluit  
vocari ab hoīe a p̄ filijs hīe. quos fecit ex limo  
terre. **S**i ergo credis deo. demonē relinque. si  
deum sequi volueris. quicquid deo non pla  
ceat deuitare p̄cura. **G**aude a exulta. qz vnū  
eundemq; deum habes a p̄m. ip̄m cole. ip̄m  
dilige ip̄ius fac voluntatem. **N**ihil de ydoloꝝ  
cultu vel sup̄sticōib; paganoꝝ cogites. qz de  
us est om̄ipotēs. quī omia que tibi p̄mittit po  
tens est reddere. **E**t in ih̄esu xp̄m filiam ci<sup>9</sup>  
vnicū dñm n̄m. **N**isi enī eundē dei filiū. eun  
demq; xp̄m filiū hoīs tota mēte absq; vlla hesi  
tacōe credideis at; cōfitearis. nec p̄m ē p̄de  
rit cōfitei. **C**rede ḡ filiū dei v̄nigeitū ab ingeito  
deo p̄re. vitā a vita. v̄n̄ deū de vero deo. coeter  
nū a coeūlē cooipōntē a coeqlē p̄ oīa p̄ri. a ad  
etna cū eo a cū oib; sc̄is eius gaudia merebe  
ris puenire. **Q**ui cōceptus est de. s. s. n. ex a.  
**C**ū sp̄m. s. ministratorē tāte n̄tatis audieis n̄  
late<sup>9</sup> dubites v̄ginē potuisse cōcipere. **Q**ue nō cre  
dis eū i vtero icorrupte virgis potuisse hoīem  
figurāē. quē credē dēs hoīez fecisse de limo t̄re  
nec dubites mariā v̄ginē mānisse p̄ptū. qz q̄li  
ter hoc fecim sit. hūan<sup>9</sup> sermo neq; sensus p̄t



cōprehendē. quō deus p̄r voluit filiū suū cōeū  
lē sibi p̄ oīa. i nulloq; dissimilē huānā p̄ hoīb;  
fufcipe carnē. ut oīb; sibi credētib; . eiusq; ob  
seqñtib; volūtati. eternā vitā largiret̄ a glam  
ut hoīez ad ymaginē dei factū. et p̄ inuidiā de  
ceptū diaboli atq; a regno expulſū efno p̄ vni  
cum filiū suū carnē assumendo. a humanā na  
turā sustinendo. eruēt a diabolo. a regno resti  
tuēt efno. ¶ Qui passus est s̄b pontio pilato  
crucifiḡ mortu⁹ a sepultus. Qui p̄pter te huā  
ne carnis accepit corrupcōem. ip̄e p̄ tua redem  
p̄cōne a salute huānitate quā accepit crucis  
ptulit passionē. q̄ passio illi⁹ n̄ra ē vita. mors  
illi⁹ est liberatio n̄ra. ¶ Tercia die resurrexit  
a mortuis. Si te triduana dñi sepultura cōtur  
bet. resurrectio glorioſa cōfirmet. Quicquid ei  
ifirmitatis audis in xp̄o. n̄re hoc n̄citat̄is. n̄re  
redēp̄cōis ē cā. q̄cquid glorie. ei⁹ ē pp̄rie pt̄atis  
Qui ideo mortu⁹ est. ut nos reuīuiscēt. iō resur  
rexit vt nos ad vitā resuscitaret eternā. Ascē  
dit ad celū. se. ad dex. dei pa. oīpotentis. Si tibi  
magnū a p̄cīosū vidī. q̄ p̄ te fili⁹ dei p̄pendit ī  
cruce. illudq; sublime. q̄ d̄ ascendit ī celū. illud  
te multo magis stupere o; qd̄ pro te mortu⁹ est  
a sepultus. Quia ad hoc descendit. ut ea q̄ hu  
mane displicēt ifirmitati p̄ tua salute sufferet;  
a te ad eternā a ad celestē gloriā secū p̄ducēt

**I**nde venturus est iudicare vivos et mortuos. Ipse qui ab impijs et impijs iudicaturus est ad mortem. ipse oēs gentes et iustos iudicaturus est ad gloriam. oēsque impios detrahens ad penam.

**E**t in spm scm. Sicut credidisti deū patrem omnipotentē et filiū eius unigenitū pari fide et veneracōe. Crede spm scm unū deū eē. p̄ri filioque coequalē in oibus. in nulloque dissimilē.

**S**cām ecclīaz catholicā. scōrum orationem remissionē peccatorū. In qua oīs qui renatus fuerit ex aq̄ et spū scō. eternā oīm percipiet indulgentiā peccatorū. Extra quā oēs impij et impij ad supplicia deputantur eterna.

**C**arnis resurrectionē. et vitā eternā. qd̄ in xpi gloriosa resurrectione audisti completū. hoc in te oīno in futuro iudicō crede eē completū. Et carnis tue resurrectō te reparat ieternū. Nisi ei credideris reparandū te eē post mortē ad p̄miū vite etne pervenire nō poteris. Si autē credideris. et mis gaudijs miseraris. Per xpm dñm nrm. viventē et regnatē cū p̄re et s. s. nūc et sp̄ et i oēs eternitates seculoz seculi. Amē

**E**xPLICIT EXPOSITIO SUP SIMBOLŪ. **I**NCIPIT SMO BEATI AUGUSTINI EP̄I DE EBRIETATE CAUENDA.

**H**ec propicio cristo fr̄es carissimi. credam vos ebrietatis malum. velut inferni foueam expavesce. et nō solū ipi non velitis amplius bibere


sed nec alios adiuuare vel cogē plus q̄ oꝝ ac  
cipe. tñ quā nō pōt fieri. n̄ sint aliqui negligē  
tes. q̄ sobriū eē non valēt. vos q̄ semp cōiūua  
sobria exhibetis nolite ad vrām imuriā reuo  
care. q̄ nob necē est aliquos ebriosos arguē  
**C**ū enī frēs carissimī ebrietatis malū sit ḡue  
viciū et deo odibile. ita p̄ vniuersū mundū. a  
pluribꝫ in cōsuetudinē missum est. ut ab illis  
q̄ dei p̄cepta cognoscere nolūt. iā non putetur  
nec credat̄ esse p̄ccm̄ intm̄ ut in cōiūuis suis  
irideāt eos q̄ min⁹ bibē p̄nt a p̄ inimicā ami  
ciciā adiuuare hoies nō erubescunt. ut potum  
āplius q̄ oꝝ accipiāt. **Q**ui enī alterū cogit ut  
se plus q̄ opus est bibendo inebriet. min⁹ ma  
lū ei erat. si carnē ei⁹ gladio vulneraēt. q̄ aīaz  
ei⁹ p̄ ebrietatē occidēt. **E**t q̄ corpa nr̄a terreā  
sūt. quō pluuia nimū ḡndis a diuturna si fu  
erit. terra infundit̄ a in lutū resoluit̄. ut in ea  
nulla cultura fieri possit sic a caro nr̄a q̄n abū  
dancōni potu erit inebriata. nec spūalē culturā  
accipe. nec frēs aīe necarios poterit exhibere  
**E**t ideo quō omēs hoies sufficientē pluuiā in  
agris suis accipe desiderāt. ut a culturā valeāt  
exercē a de fructuū vbertate gaudē. ita in hoc  
agro. tm̄ deberēt bibē qd̄ oꝝ. ne p̄ nimā ebie  
tate ip̄a corpis terra velut in paludē cōuersa  
magis vermes et serpentes vicioꝝ gnare. q̄

fructus bonoꝝ opm possit offerre. **O**mnes enī  
ebriosi tales sūt. q̄les paludes eē vidētur. **Q**d  
ei in paludibꝫ nascit. nō ignorat caritas vr̄a.  
**T**otū qd̄ ibi nascitur. fructū non h̄re cognosci  
tur. **N**ascit̄ ibi serpētes. ⁊ diuersa vermū ḡna  
q̄ magis horrorem p̄nt ḡnare q̄ victū. **T**ales  
sūt ebriosi ad nullā vtilitatē apti. q̄ frequēnt̄  
in ip̄a ebrietate. nec seip̄os nec alios recogno-  
scunt nec ambulare nec stare. **D**icē aliquid v̄  
audire quod ad rōem p̄inet nō possunt. **F**re-  
quēter etiā vsq; ad vomitū se ingurgitare nō  
erubescunt ⁊ ad mensuras sine mensura bibē  
**Q**ui poterit vincere laudē meretur ex crimine  
**S**ꝫ qui tales esse volūt miserabiliē se excusare  
conātur. dicētes. **I**ngratū habeo amicū meū  
si quociēs illum ad viuū reuocauero. potū  
ei quācum volueit ip̄e non dederō. sꝫ non sit ami-  
cus tibi. qui te vult facē inimicū. qui ⁊ tuus ⁊  
suus est inimicus. **S**i te ⁊ alium inebriaueris.  
habebis hōiem amicū. habes deū inimicū. **S**ꝫ  
iam cōsidera sapiēntē si iustum sit ut te a deo  
separet. dum te ebrioso iūgis. **A**d extremū  
tu illum noli adiurare. noli cogē. sed in pt̄ate  
illius dimitte. ut quātum sibi placuerit bibat  
ut si inebriari voluerit solus pereat ⁊ non abo  
peccetis. **C**ōsiderēt ebriosi. si nō peiores aīalibꝫ  
iudicandi. **C**um enī aīalia amplius q̄ opus

illis est bibē nolūt. illi et duplū et quadruplū  
q̄ illis oꝝ potū accipiūt. ⁊ vnde triū aut q̄tuor  
dierū potuerūt rōnabilem refectōem h̄re vno  
die cū grandi pccō ostendūt p̄dere potius q̄  
exp̄dere. **A**tq; vñā potū tantūmō p̄derēt et  
nō etiā ip̄i perirēt. **S**; qñ ista suggeri⁹ forte ira  
suntur ebriosi cōi nos ⁊ murmurāt. **E**t q̄uis  
nō desint q̄ irascuntur. deo tñ ꝑpicio multi eēt  
q̄ libent̄ salubre cōsiliū audiētes. de isto tā q̄ui  
pccō liberabūtur. **I**psi tñ q̄ cōi coalūnā ⁊ amī  
cam suam ebrietatē loq̄ntib; irascunt̄. libera a  
nobis vocē audiāt. qz quicūq; ebriofus. p̄niā  
de ip̄a non egerit. s; vsq; ad mortē in ebrietate  
sua p̄māserit in eternū p̄fecto p̄ibit. qz nō mē  
tūtur spūs scūs per aplm̄ dicens. **N**eq; ebriofī  
regnū dei possidēbūt. **E**t iō quicūq; sūt ebriofī  
melius faciāt ut nō nob̄ sed potius sibi irascā  
tur ⁊ cū dei adiutorio de lutu fecis se excutē v̄l  
de cloaca ebrietatis dū ad huc penitendi loc⁹  
est. festinēt q̄nta p̄nt celeritate deo auxiliante  
cōsurgē. **E**brietas enī quasi infern⁹. quoscunq;  
suscepit. nisi diḡ subuenit penitētia. ⁊ emenda  
tio fuerit subsequuta. ita fortit̄ sibi vendicat. ut  
eos de ipso tenebrosō inferni puteo ad carita  
tis ⁊ sobrietatis lucē redire penit⁹ nō p̄mittit  
**E**rgo fr̄es dū hec suggero absoluo me apud  
deū. **Q**uicūq; me audire cōtēpserit. ⁊ ad bibendū

pronus fuerit. vñ in diuicio suo alios adiuraẽ  
vñ cogẽ voluerit. et p se vñ pro alijs reus erit i  
die iudicij. Et qd peius est etiã aliq derici qui  
hoc deberẽt phibẽ. ipi cogunt aliquos plus bi  
tere q̃ expedit. **A**mmo incipiãt seipõs corrigẽ  
et alios castigare. ut cū añ tribunal xp̃i vene  
rint. nec de sua nec de aliorũ ebrietate murrãt  
suppliciu. s̃ magis dũ ipi se emendãt. et alios  
castigare nõ cessant. puenire ad eternũ p̃miũ  
mereant. Et illud añ oia rogo. et p tremendũ  
diẽ iudicij vos adiuro. ut quociẽscũq; vobis  
inuitẽ diuicia exhibetis illã fedam ofuetudine  
p quã grãdi mensura sine mensura tres hoies  
aut nolẽtes. aut inuite solebãt bibẽ tanq̃ ve  
nenũ diaboli de vñs diuicijs respuatis. q̃ infe  
lix illa ofuetudo adhuc de paganorũ obserua  
tione emanfit. et quicũq; hoc in suo diuicio aut  
alieno fei acquieuit diabolo se sacrificasse nõ  
dubitet. de q̃ bibicõne nõ solũ aia occidit. sed  
etiã corpus debilitat. **S**z credo de dei m̃ia q̃ il  
la vobis inspirare dignabitur. ut tã lugendũ  
et erubescendũ malũ ita vobis in horroẽ veni  
at. ut illud nõq̃ fieri p̃mittatis. sed qd in illa  
ebrietate periturũ erat. in pauperũ refectioẽm  
proficiat. **P**rãnte dño nostro ihu xp̃o qui cū  
patre et spũ sancto viuit et regnat deus per  
omnia secula seculorũ Amen.





uplū et quadruplū  
onde triū aut qtuor  
refectōem h̄re vno  
it pdere potius q̄  
tantūmō pderēt et  
a fuggeri⁹ forte ira  
numurāt. Et q̄uis  
n̄ ppicio multi erēt  
lētes. de isto tā ḡui  
coñ coalūnā ⁊ amī  
bz irascunt. libera a  
iqz ebriofus. p̄nīaz  
mortē in ebrietate  
cto pibit. qz nō mē  
icens. Neqz ebriofī  
quicūqz sūt ebriofī  
d potius sibi irascā  
u fecis se excuē v̄l  
huc penitendi loc⁹  
tate deo auxiliante  
nfern⁹. quoscuqz  
emittētia. ⁊ emenda  
tē sibi vendicat. ut  
ni puteo ad carita  
penit⁹ nō p̄mittit  
bsoluo me apud  
p̄seit. ⁊ ad bibend⁹